

V A R I A  
ÆSTUS MARINI PHÆNOMENA  
*A B*  
ALOYSIO DE SANGRO  
Marchione S. Lucidi Expolita.



NEAPOLI MDCCCLXXI.

---

Ex TYPOGRAPHIA RAYMUNDIANA  
*Superiorum licentia.*



## DISSESTITO III.

## C A P. I.

*De Majori Fluxus in Novilunio Altitudine.*

 Ole Lunam in Novilunio consequente Fluxus consuetis altior elevatur , ex quo probari rentur Newtoniani ejusdem Lunæ attractionem in fluxum erigendum quotidiè operari . Sed quam errant , clarè patefaciam .

Sol nihil in illius erectionem immiscetur , ut ut ex experimen-  
to demonstratur , nempe ex fa-  
xulo , quod licet plures pluresque  
radii super illud vibrentur , mi-  
nimè tamen substollitur , quin

A 2 ne

neque commovetur; Unde comparata fluxus mole tota cum faxulo, quod respectu ponderis totius molis penè nihil gravitat, manifestè videtur æstus per Solēm sublevari non posse.

Demonstratur pariter in plenilunio, cum situs sol, è conspectu Lunæ idest ad attrahendum congruus videatur.

Et sicuti hæc super horizontem eodem instanti supponitur attractionem operari, ita Sol è contra super occasum ubi fistit, eandem agendus esset, Sed non sublevat, ergo sui non est id patrandi. Nec afferatur, quod fluxus sub horizonte tantum assergit quia in Tunkini portu sub occasu idem fluxus quotidiè substollitur; itaque Soli ille inconsul-

tò

tò attribuitur ; si vero quod associatus simul cum Luna attrahet censeatur , hoc neque fore potest ; Nam ipse vim , virtutemque præstando eidem lunæ facit ut ea solaribus radiis operetur alias Nequirit , sed Sol ex se illum non agit Multo igitur minus valet per radiorum mutuum simul efficere .

Jam ex prima Dissertatione adversus Lunæ attractionem clare demonstratur eadem facultate attrahendi orbari , itaque utraque , nempe Sol , & Luna posse attrahere excluduntur . Hinc in novilunio æstum , nec altiorem , nec etiam parem consuetis sublevare possunt , sed etsi non possint , fluxus tamen in novilunio sublimior erigitur , Oportet igitur , ut major ejusdem altitudo ,

quæ tunc evenit , ab alia causa  
dependeat.

Exploriendum nunc est , quo-  
modo altior is in novilunio suc-  
cedat , quod nos erudire etiam  
poterit , uti in eosdem æstus quo-  
tidianos agatur .

Opinor igitur , quod major a  
majori venti quantitate Altitudo  
proveniat , qui conjunctis in no-  
vilunio planetis validior evadit .  
Machinæ enim sunt , una maxi-  
ma , magna altera Sol , & Lu-  
na , & utræque descendendo ab  
opposito meridiano , atque ascen-  
dendo erga nostrum horizonrem  
velocissimè præcurrunt . ( Jam de  
universali Solis circulatione vi-  
sum est in Epistola exarata pro  
Academicis Ananienibus Phila-  
lætis ). Ab harum Machinarum  
impetu ventus statim plus ac vio-  
len-

lentissimè commovetur; Hujus è contra proprietas est, ut eo vix excitato totum consequentis cursus spatium maturatur, ita ut ab opposito meridiano ad occasum ventus iectu oculi pertingat, ac ultra prosequatur, nec cessat nisi deficiente impetu, quem habuit primitivum, cum aer, qui undique extenditur vix pulsus inventum commutetur; Nec desistit donec non sit amplius pulsatus. Interea velocior ille machinis ipsis Solari, ac Lunari antecellit, licet hæ violentissimè præferant. Iste ad horizontem ascensus occasum statim contingens Dum directè ferit, partim retrocedit & partim ultra sub alio horizonte procedendo adversus alterum occasum vibratur, ex quo recedendo

tam pars ista humilior ; quam  
 superior illa ejusdem venti undas  
 in volumina redagit , ac per dupli-  
 cem superiorem , inferioremque ex-  
 utroque occasu retrocessionem er-  
 ga respectivos æquorum sinus re-  
 pulsat ; Eodem tempore perse-  
 verantibus cursum machinis , eo-  
 que sex circiter horas continuè  
 peracto maxima in novilunio vo-  
 lumen quantitas præter confue-  
 tum , magno furore venti in si-  
 num coacervatur , per quod plus  
 ac altior æstus tunc tandem sub-  
 stollitur . Ventus tamen fluctus  
 vexare desinit , cum Machinæ  
 multò super horizontem tran-  
 sferantur , hinc super undas  
 cessat ille inflare , atque tunc  
 evenit ut erectus fluxus appare-  
 scat , sed cum eodem momento  
 appareant in horizontem plane-  
     tæ ,

tæ, attractioni planetarum ascribitur in novilunio æstus sicuti alias Lunæ tantum, non vento.

Quod planetarum machinis plus ac velocior præcurrat, manifestè patet, nam aer ex quo ventus compigitur totum uti cunctis notum est, per orbem ad instar tot linearum extenditur, ut nulla ipsius circuitus linea sine aere fore possit, undè commota prima ejusdem æris, cunctæ undique eodem ictu urgentur. Quod demonstratur ex cymbali chordis, quarum vix tactis ejusdem regulis quæque eodem pariter puncto æqualiter resonat. Animadvertendum est quod universalis pulsatio, tam Chodarum Cymbali, quam totius aeris linearum nunquam ni prima, e cessat, quia deficien-

ficiente prima tunc omnes qui-  
escendæ sunt . Sed regrediamur  
quo discessimus ; Solaris , ac Lu-  
naris machinæ tempus adhibere  
debent ad se se apportandas , ut  
constat ex die , quem complent  
semper in XXIV. horas , sed  
ventus eo spatio pene millies or-  
bem currit procul dubio totum ,  
ac recurrit uti patet , ergo ve-  
locior est is Sole , & Luna .

Quod Machinæ cum transfe-  
rantur ventum concident , tamque  
violentum , quam velocius depor-  
tantur , habetur ex nostratis  
prægrandibus tabulis , quæ cele-  
riter translatae validum quidem  
ventum suscitant , qui non so-  
lum cominus , sed etiam eminus  
perfluit , & quisque in earum  
translatu testis de eo esse potest .  
Quod vero ille nascitur à Supre-  
mis

mis Machinis, sentitur lunæ cau-  
fa Nautis vespertino tempore ,  
per quod ad discedendum illi  
parantur .

Quod ex occasu undas vexat , &  
non ex horizonte, accidit quia cum  
ex hoc ob altitudinem sui ipsius-  
met altius multo sublevatur, pro-  
sequendo in fasciculum particu-  
larum aeris cōvolutus, id est in  
corpusculum , oportet, ut gravi-  
tet aliquantulum , uti corpus .  
Gravitando pariter deprimi incipit  
ac continuè se paulatim depri-  
mendo ad occasum humilior per-  
tingit , eodemque percusso magis  
quoque huwiliatur , uti observa-  
tur in jactu pilæ , quæ multo  
humilius deprimitur retroceden-  
do ; Ac ita igitur humilior con-  
gruè aptatur super undas , eas-  
que ex opposito scilicet ex oc-  
casu

casu erga sinum repulsat. Habetur de descensu venti experimentum in radiis, qui subtilitati venti assimilantur; Hi in fasciculum plexi paulatim descendendo ex tam alto vertice super terram deorsum perveniunt, Ita pariter ventus eodemque modo operatur.

Quod ab eodem fluxus erigatur, manifeste etiam habetur à pelago insulæ Euboicæ propè Arcipelagum, in quem duobus interpositis mensis hebdomadis vento violenter, assidueque flante septies eodem die fluxus assurgit, septiesque resolvitur. Alteris autem hebdomadis nullo inflante vento præter consuetum idem ut alibi elevarur; Quod ita sit, refertur à Patre Riccio quondam Jesuita, qui diù ibi propè permanitus ob

ob tot æstuum in die quantitates  
insanum æquor illud denominat.

Uti recedat simul, partimque  
prosequatur postquam occasum  
cederit; videri potest ex silicis  
scintillis venti particulis simili-  
bus quæ sursum, directè, retrò,  
& undique sparguntur, ita ven-  
tus vix percussus, uti eadem  
scintillæ diffunditur.

Quod denique plus ac violen-  
tus in novilunio spiret, refertur  
in criticis epistolis vulgo literis  
quond. Comitis, qui Anagram-  
maticum sibi nomen arrogavit,  
idest vitis cinis super domus So-  
larium in Cyathum aqua plenum  
novilunio posita prægrandi venti  
furore tota super idem Solarium  
decadit. Hoc interim Experi-  
mento altera opportuna demon-  
stratio detegitui scilicet quod aer  
in

in particulas redactus plus ac subtilles , ab aliisque semper impulsus magis magisque sursum usque ad lunæ circulum ascendat , ab ea plus minus violenter depresso ob ejusdem lunæ nimirum Machinæ gravitatem qua ipse sibi proximus premitur in ventum plus minus velocem redagit . En uti evanescit de attractione fluxus magna atque unica Newtonianorum probatio .

CAP.

## C A P. II.

*De Fluxu sub horizonte.*

**Q**uod sub eodem esse debet, probatur ex miris, cunctisq. rebus in ea regione creatis, uti Sol exempli gratia fure, & Luna, Stellæ omniaq. denique quæ videnrur, quia cum super eumdem in supremo Cæli firmamento resideat præcipuè Deus, rectè est judicandum quod sub eo uti in residentia adstans, cuncta voluit creare, ut dignoscetur, quo erat præsertim Adorandus, colendusque, sicuti ubique etiam convenit; hinc habetur ex S. Scriptura mos esse Hæbreorum erga horizontem orare, sicuti Ezechiae Regis Oratio erga illum

Deo

Deo omnipotenti perlegitur, qua longiorem cursum vitæ ardenter rogabat & obtinuit . Uticant. 38. Ezech. . Et ita fluxus cum extet, fuit certè creatus sub horizonte ; Confirmatur cum sub illo videntur omnes elevari , nullus sub occasu , nisi unus , ne manus Domini breviata censetur ; Nec fieri alibi refertur ; sub eo igitur æstus tantummodo elevari debent.

### C A P U T III.

*De fluxus, ac refluxus diuturnitate .*

**B**is in die iidem sex circiter horas alternatim perseverant, diemque complent : Si cuique eorum quadrans qualibet vice addatur, per quod additur pariter diei hora post lapsos duodecim dies decimo tertio eorumdem

tan-

tantum efficeretur fluxus , atq.  
 unus pariter refluxus ; ac denique  
 duodecim aliis pari modo decur-  
 sis scil. toto die hic omnino or-  
 baretur eisdem utrorumque fun-  
 ctionibus , fluxus ac refluxus sed  
 eorum defectus in die nunquam  
 accidit , quia bis quotidie eodem  
 instanti semper assurgunt fluxus ,  
 & resolvuntur , a quibus eorum-  
 dem resolutionibus subsequentes  
 refluxus generantur , ergo hora  
 illa , haud debet augeri , & per  
 consequens unus tantum dies in-  
 terceditur in fluxus refluxusque  
 patrandos . Oritur interim error  
 addendi cuilibet fluxui & reflu-  
 xui horarum quadrantes , quia  
 æstus delabendo partim erectus  
 adhuc substinetur , eoque se sub-  
 stinente refluxus cursitare inchoa-  
 tur , hinc accidit uno adstante &

B alte-

altero operari ac proinde fallimur , cum unicuique quadrantes adscribimus ; Eos revera non minus fluxus , quam refluxus sibi metipsis alternatim furantur , cum utrique Primus superstare , secundus excurrere insimul videantur , quod erroris causam inducit

## C A P. IV.

*De progressu fluxus ultra Meridianum.*

**P**Erseverante post erectam mollem refluētu, fluctibusq. sinus dorsum usque cædenti bus, statim ii recedendo posticam molis partem contundere directè coguntur,  
eoq.

eoq. continuè peracto aer , qui  
 in ea inest , nimiumque abun-  
 dans, in anticam partem ejusdem  
 molis impetuose recto tramite  
 dirigitur . Directus igitur , sem-  
 perque ab aquis exterioribus re-  
 pulsus , per quod ejus impetus  
 magis magisque augetur molem  
 extra sinum , adjuvantibus retro  
 fluctuum pulsationibus, egredi pau-  
 latim coarctat , ideoque ea tandem  
 egreditur sinum foras ; Itaque in-  
 terno aeris impetu , & fluctuum  
 repulsione adversus præfatam ea-  
 dem extrahitur ; Cessante interim  
 refluxu subrogantur fluctus , qui  
 obviam moli veniunt , hi reper-  
 ta ibi antecellendi resistentia ,  
 Molem percutiendo , latera huc  
 illuc sejuncti subtersugiunt , com-  
 motique etiam ab aura , parvo-  
 que venti afflatu , qui ex eorum

præfatæque molis motione exhalatur, ) ut ea exili navis motu pariter sentitur ) tunc sinus dorsum cædunt, a quo magis repulsi, minori licet refluxus violentia necessario regrediuntur ad mollem, quam urgent, ac repellunt, quia cum eadem moles præseferat, deserit retro sibi vacuum, quod fluctibus statim occupatur, tum procliviores super scandentes vigorosius ob copiosiorem eorumdem additionem molis ipsius basim nonnulla vehementia contundunt. Illa assiduè pulsa ab eisdem, multoque magis ab interiori aere, qui eorum fluctuum continuis ictibus adversus anticum latus semper violentius vibratur, ulterius post elapsum meridianum præsefert: sic, non solis

lis ope trahitur , lunæque labore.

Quod aer reclusus , multoque magis repulsus ad oppositum dirigitur , habetur ex Fabri folibus , quibus posticè contusis , anticè flare ille inspicitur : fluctus vero directè videntur molem pulsare ; Inestque de eorum pulsatione experimentum quod dein sequenti Capite affertur .

Insuper quod aer operetur demonstratur ex vento qui navigium mercimoniis , aliisq. gravioribus rebus onustum sollicitè transfert , eo vibrante adversus illius vela ; unde sicuti illud velocissimè Navigat vento , qui aer est , vela pulsando , ita aquarum moles tamquam harum superficiei velamine cooperta a multo aere intus assiduè agente assiduè repulsa progredienda

est. Patet postremo quod fluctus repulsando molem longe transferre possint ex casu hic evento solidi collis arboribus prædicti, qui fortiter ac diu percussus ab aquarum illuvione eminus transfertur. Albeto enim Galliorum Familiæ Feudo Collis triginta circiter passus nimirum deportatur, & in præsentiarum videtur, ubi fuit, ubi est, cum Lacum subter deseruerit; Hujus quidem eventus relatio ejusdemque tabula Romam, ac Matritum An. Domini millesimo septuagesimo sexaginta fuerunt simul emissæ ab Illustri moderni Ducis Albeti Balia Domna Caterina Rospilliosi Gallia omni laude perdigna fortisque mulier. Si illuvio itaque percutiendo collem, etsi stabilem submovit, detulitque; Multo magis ab assidue

dua fluctuum percussione, aquea  
moles uti mobilis materia est  
pariter deferenda.

## C A P. V.

*De sublimiori Molis ipsius  
progredientis elevatione.*

**E**levatur hæc semper altior per fluctus eam undiq. contundentes. Nam cum ante simul offendantur, partim subintrant; partim lateraliter tergiversando, intus penetrant, & demum retrorsus molem in eamdem sensim ingrediuntur, cumq. id continuè exequantur, illa sublimius sublevatur atq. augetur; At moles ob summam ejus gravitatem, tremoremq., quo per sublimiorem altitudinem sui ipsius-

B 4 met

met concutitur elapso vix meridiano decumbit . Sic paulatim altius substollitur absq. eo , quod à Luna tamquam ab Aquilæ unguibus Carpetur.

Hæc major molis elevatio ex experimento , adamussim demonstratur , sicut ejusdem progressio uti nuper indicavi. Formetur canis textudo tres circiter pedes alta subtili tela obtecta detecta vero infra quarta lineæ extremæ parte erga murum sitque desuper exile foramen proximèq. cubiculi parieti locetur ; Immittatur deinde per idem foramen aquæ , nec non usque ad tertiam ejus quotam impleatur , quarta tamen vacua equis permaneat ; Tum exterius proiificantur Alteræ aquæ basim versus ex pariete textudini proximo , semperque projici conti-

tinuentur . Videtur ea directè procedere erga oppositum ejusdem cubiculi murum , quo per- venta per foramen tota , quæ pars vacua erat aquis impleta in- spicitur . Ex quo experimento clarè patet æstus non minus præ- seferre posse quam altius subleva- ri externa aquarum repulsione .

CAP.

*De litorum duorum, vel  
trium pedum elatione.*

**U**bi mare caret sinu, vel  
fretu duorum, vel trium  
pedum elatio tempore alterius  
proximi æquoris fluxus super li-  
tora tunc observatur uti in no-  
stro Partenopeo, Puteolorum re-  
fluxu cursitante & enim ingresso  
illuc, undæ sinu orbæ in volu-  
mina e refluxu redactæ litora  
tendunt per quod cædendo, &  
retrocedendo altera volumina li-  
toribus proxima offendunt, &  
simul contunduntur, hinc ob ta-  
lem alternatam Contusionem insi-  
lire super illa litora partim coar-  
stan-

stantur ; Sed cum id agere assidue perseverent , volumina super altera decumbendo duos vel tres circiter pedes substolluntur . Demonstratur hoc ex tempestate , qua furente vento , fluctus violenter cursitantes erga litora præseferunt , Sed ab his statim remeando cum in alios , qui superveniunt proximè offendantur , ob simultaneum utrorumque con-gressum , super eadem insiliunt , Altique illic permanentes apparent.

Quod refluxus alterius æquoris proximum sibi mare invadat , habetur ex illo Puteolorum ubi accidit fluxus & Partenopeo quod sinu caret inter se proximis ; Nam eodem intervallo quo refluxus Puteolis inchoatur , videntur hic magno Fragore undæ in volumina collectæ

lectæ violentur excurrere cum prius quiescebant ; Sic igitur litora efferuntur.

C A P. VII.

*De quorumdam fluminum fluxu.*

**I**Nter flumina , quæ uti mare in fluxum sublevantur , fore refertur Garomna , cuius æstus satis est præ cunctis expolire . Cum igitur de eo agatur , necesse est , ut eadem causæ , quæ nimirum fluxum efficiunt in flu- men ipsum cooperentur scil. in Garomnam , eæ enim ejusdem generis eadem forma , ac modo fingendæ sunt alias nequaquam forent .

Verum

Attamen causæ quæ in secundam Dissertationem adductæ sunt pro flumine accommodandæ , aliæque eis adendæ ; Jam pro sinu vertex benè supplet , qui tripli- ci pariter latere circumdatur , per quod ejusdem verticis dorsus ad repellendas aquas , fit idoneus , ac congruus , aliaq. quoque la- tera ad easdem obstringendas ; reliquæ interim causæ æstui debent inservire .

Sed addendæ sunt primo Sal- fedo aquæ , ut eæ tenaciter col- ligentur , ac ita substolli possit . Sal enim particulas aquarum ar- etè obstriagit , uti pro gelandis ejusdem aquis cum nive adhibetur . Nec difficile est similes in flu- mine aquas inveniri , si scaturiant etiam falsæ in fontes , ut hic Neapoli multi reperiuntur . Se-

cun.

cundo fauces alveo strictiores ,  
 ac erga flumen ipsum humilio-  
 res ut plus , ac vehementes flu-  
 etus , ac copiosiores in flumen  
 cursitare possint , quoniam ità  
 magis impetuosè valent eas flu-  
 minis aquas adstringere & elasti-  
 citate fortiter etiam comprimere ;  
 Et re quidem vera duo ejus-  
 dem Garomnæ brachia demon-  
 strant strictiores esse fauces non  
 minus istius sed omnium quæ ele-  
 vantur fluminum ; Et esse de-  
 bent humiles , aliter si pares fo-  
 rent fauces nullus in flumine  
 interponeretur fluxus , ut in no-  
 stris solet evenire , cumque igi-  
 tur tenaces existant , quia falsæ ,  
 eo magis quod eædem aquæ præ-  
 fati fluminis immixtæ sunt simul ,  
 cum multa copia fluctuum ; cum-  
 que sit etiam magna aeris quan-  
 titas

titas per violentum eorumdem impetum excitatum, Aquæ ejusdem fluvii Garomnæ in sphæroïdem altè sublevantur; At ut illic plus minus efficitur, ita pariter in alteris indicæ regionis nimirum succedunt præfatæ fluxus sphæroïdes.

## C A P. VIII.

*De fluxus origine, nec non  
piscium creatione, aut  
eorum educatione.*

INCIPIT S. Scriptura lib. Genes-  
sis nempè in principio crea-  
vit Deus Cælum, & Terram,  
Terra autem erat inanis, scil.  
infructuosa, & vacua, quia Ha-  
bitatoribus piscibus, atq. cæteris  
ani-

animantibus carebat , statimque  
 sequitur , & Spiritus Domini fe-  
 rebatur super aquas . Hic quæso  
 morandi sumus . Hæc verba enim  
 modo sunt examinanda ; Jam cum  
 de Genesi tunc agatur , idest de  
 rerum Creatione , nihil frustra à  
 præfata S. Scriptura proferri po-  
 test . Duo interim Creationum  
 genera dantur : Unum totale ,  
 alterum partiale . Totale genus  
 est , cum de nihilo aliquid crea-  
 tur . Partiale , cum de aliquo  
 jam creato aliud novum educa-  
 tur , sed in educatione eadem S.  
 Scriptura , tantum indicat modum ,  
 quo ex rebus creatis educitur ,  
 & re quidem vera cum aerem  
 ex aqua jam creata efformaverit  
 Dominus , solummodo enun-  
 ciatur libro Genesis modus , quo  
   ipse

ipse eum eduxit , quoniam aer  
est aquæ omnino symbolicus , ut  
possint utraque in alterius eorum  
speciem permutari , uti fiunt ex  
aquis exhalationes & ex exhalatio-  
nibus pluviaæ & insuper idem su-  
prenam Regionem occupat , Quod  
indicat semper occupasse post  
divisionem Aquarum . Hoc præ-  
misso , cum enuncianda sit il-  
la fluxus , & piscium eductio ,  
Oportet , ut plura prius ani-  
madvertantur . I. quod sub no-  
mine aquarum , quo utitur ge-  
neraliter Genensis æquora subau-  
diuntur ; Quod enim ita sit , vi-  
detur ex eo , quod aliæ fontium  
fluminum , & lacuum aquæ singu-  
læ uti singulæ peculiariter , haud  
generaliter vocantur , quin amplius  
æquorum aquæ universale munus  
funguntur , Nam eorum quotæ  
singulis illis subministrantur , sive

per pluvias prius exhalando , sive per occultos Terræ meatus , quos reptant æquora ; hinc sub nomine Aquarum eadem sunt jure merito intelligenda . II. quod initio ventus eas non abstergit adversus Expositorum assertionem ; Si id enim patrasset , oportebat , quod fuisset , vel tunc , vel prius creatus . Sed cum postea fuerit generatus ex aere nonnulla aeris copula , deinde educiti , ergo non erat ille ventus , qui aquas exsiccavit &c.

Interea Spiritus Domini est una ex tribus divinis personis , & interdum afflatio ejusdem Dei accipitur , per quod ea divina est , sed ventus materia est mera naturalis , hinc non potuit esse ad abstergendas est , Spiritus Domini . Quod Domini afflatio sit ; ex creatione hominis demonstratur ,  
dum

dum facto de luto corpore afflavit ei Dominus , & ex ea afflictione Spiritus , sive Anima possidetur . Postremo idoneus dicitur ad aquas exicandas ( concedo . ) inflando igitur debuerat omnes exsiccare tam supernas , quam infernas , sed inferiores sub firmamento id est sub superficie nequaquam exsiccavit , quia eisdem gravissi sunt semper homines , & gaudent , ergo neque supernas potuit abstargere ; Itaque salva Expositorum pace , nec non permisso obtento nihil regit in hoc eorum Auctoritas , cum rationi evidenti oppugnetur . III . Quod antequam originem fluxus exponam , causæ , quibus idem fluxus effertur , nec non ad eum compingendum sollicitè elaboratur , referendæ sunt

stabilisque etiam salutaris ordo , ut non solum Domini Omnipotentia, sed ejusdem immensus erga nos Amor , per quod cuncta creavit , evidenter dignoscantur , ac adorentur . Erexit igitur tum æstum , voluitque quoque , quod bis quotidie institueretur , ut si Solem inconsulto non animadvertissemus , uti semper in usu , non minus , quam Lunam , Stellas nosmetipos , omne genus animalium , & volatilium , quæ simul cum præfatis sunt creatæ super Terram , quia pedibus adstant contra espositorum opinionem , omnes Insectorum species plus , ac exiguae , ceterasque denique res fructiferas , quæ omnia uti sunt maximè mirabilia , Deum nostrum evidenter demonstrant , sicuti Divus Paulus per ea nos ad-

mo-

monet , videre saltem aqueum qui semper de novo construitur , cogamur acervum bis in die sublevari , idest fluxum , unde coacti prædicta excogitare Deum esse toto corde , totaque mente confitemur. At oh quam mirabilis es Dominus! ne quadam aeris peste inficeretur orbis Terræ , & per consequens nos quoque , ac cuncta eadem infectione vexaremur tam ob perpetuum tot aquarum , sive æquorum stagnum , quam ob omnes immunditias , & cadavera , quæ quasi receptacula sibi colligunt , violentum refluxus motum instituit , & undas etiam munivit omni salium genere , omnique bituminum , ut sana æquora semper asservarentur ; Hæc , ultra cetera magnalia , pro nobis fecit Do-

C 3 mi-

minus ; Laudetur nomen ejus semper. Quod stagno , & putredine pestilentia inducitur, Roma attestatur , quam stagnato Tibure, piscium putredinem eructando pestiferus morbus invasit sub magno Gregorio Papa , per quod cum infectione illa sternutantes pericularentur , mos fuit tunc salutandi modum institui pro sternentibus, id est Ave Salve; Sed Dominus haud illic constitit, sed mistione eorumdem bituminum , ac salium validiores undas in volumina rededit , ut per cursum violentius vehementur , ac ita pariter fortior alternata foret oppugnatio inter se metipsas , per quod aestus altius efficeretur . Hæ sunt causæ, videte , an veræ sint , an non !

De-

Deveniam modo ad expositionem ejusdem fluxus originis.

Probatur tum hæc origo ex dupli quidem causa, prima quæ nascitur ex voce super aquas seconda, ex ejusdem fluxus sive aquarum collis ambulatione, super, enim supernitatem denotat, sive altitudinem ab aquis, scil. a maris planicie, & in hoc differt *Super* a præpositione *Per*, quia *Per* immediatè per dorsum significat, uti E. G. per aquas, sed super, multo sublimius eisdem; sed Dominus præsetulit super aquas, nempe super acer- vum earum, qui fluxus est ergo originem ei tunc de- dit. Deinde æstus ex se con- tinuè anteit super maris plani- tudinem, sed Dominus super eamdem aquarum planitudinem se

se contulit, ergo se ferente Do-  
mino super aquas, & fluxu am-  
bulante in collem aquarium com-  
pacto , oportuit ut tunc fuisset  
ab ipso constitutus , nec alias  
esse potuit .

- Ortu fluxus demonstrato pro-  
banda est piscium creatio præ-  
fato instanti etiam eventa , sed  
uno expediam argumento ; Pi-  
sces adsunt & adfuere , sed pi-  
sces ante hujusc Textus reve-  
lationem non erant adhuc crea-  
ti , dum Terra refertur esse ina-  
nis , & vacua , & per conse-  
quens mare ipsum quoque , quod  
omnino obsepitur ab ipsamet ,  
alias vacua dici non poterat ,  
& inanis eadem Terra , si in  
semetipsa , ejusque continentia  
pisces fuissent , & Dominus è  
contra super aquas semel præse-  
tulti

tulit quod necessario fecit ; ut nova crearet , ergo tunc pisces creavit cum nihil aliud in mari creandum erat .

Qualis denique ex divina Trinitate Hæbreis abdita persona præsetulit super aquas , nam eamdem S. Scriptura discriminari voluit , cum indixisset primum Deus creavit , & proximè Spiritus Domini ; Consisteratis voce Spiritus ; sive Animæ , quæ idem sonat , quam Spiritus , voce altera Domini , qua verbum Deus in Terra Salvator noster vocabatur , nec non aetione , quam humanam agere videtur idem Dominus , cum ferebatur super aquas , nam similes Deus nunquam fecit cum juxta Psal. ipse dixir , & facta sunt , ipse mandavit , & creata sunt , Filium

lum Dei esse Salvatorem nostrum perhiberem, qui naturam humanam prævidens sibi attribuendam ad instar hominis voluit operari; Id tamen me proferre abstineo, meque sponte volo subjici Catholicæ Romanæ Ecclesiæ dictamini, ut semper subiiciendus esse existimavi.

En Textus enucleatur, scil. Spiritus Domini ferebatur super aquas, quo piscium eductio, nec non aquarum acervus, nempo æstus manifestantur.

Deficit hic caput adversus revolutionem Terræ in prima stuxus dissertatione promissum, sed erit sejunctim edenda dissertatio super eandem revolutionem.

Explanata Maris melius phænomena fluxus.

Perlege; Non aliter sic referenda reor.

( i )

DUCI BELFORTE  
ANTONIO DE JANUARIO

Italicæ Linguæ Vati Optimo,

POSTULANTI

CARMINA MITTIT ALOYSIUS DE  
SANGRO

S. LUCIDI MARCHIO

QUI

*Colens Musas Severiores, petenti ma-  
teriam Carminum Subministrat.*

ELEGIA.

Egregius cunctis italo pro carmine  
Vates

Et merito nostræ Nobilitatis honos.  
Par Sannazaro, Rota par jure putaris  
Patriæ Nobilium hos, qui celebран-  
tur , habet

Incola non numeror i Parnassi : define  
versus

Quæ-

**Quærere ; quid dare iners jam tibi  
musa potest ?**

**Musa procax , & iners mihi : Quæris  
carmina ? mittam**

**Carmina non ullo namque fluente  
pede**

**Est tibi Thalia , Euterpe , est inton-  
sus Apollo**

**Sunt Musæ : Scribas Carmina , ne  
repetas**

**Eja age ! jam fertur novum opus ti-  
bi , scilicet æstus**

**Equoris ; est causis conditus ille suis**

**Sunt veræ cunctæque sua ratione pro-  
bantur**

**Has tamen invenit non sophus ullus  
adhuc**

**Quisque modum Lunæ tribuit , non  
fluctibus ; isti**

**Namque modis fluxum quæsis ge-  
generatur agunt**

**Causa feræ similis cæco vera abditur  
antro**

**Nonnisi difficiili quæritur ipsa modo  
Plantat in effectum Newton theore-  
mata ; Ridet**

**Ille**

Ille sibi , dum exemplis usque labore patet

Hinc vera utendi quæ convenit esse recusat .

Fictitiam cum sit constituenda , spuit .

Fictitiam spuit ? ergo sophus nequit ipse putari

Quamvis a cunctis creditur esse sophus

Quod mira eveniant tantum theorema , cura est

Hæc sibi si faveant , cætera posthabuit .

Utque Gigas caput ex luto , auro corpus haberet

Sic haud dissimile est , si mediteris opus

Oh pudor Europæ ! docet ut Luna attrahat æstum

Turpe Maometti corpus , ut astra trahunt

Agnoscunt Angli , Causam nescisse Magistrum

Idcirco veræ grandia dona parant .

Promittunt triginta suos dare millia  
nummos ,

Summo quos illos nempe valore pu-  
tant .

Dificile usque adeo Causam reperire  
videtur ,

Hinc favet inventæ largiter ampla  
manus

Effectus ridet communis in omnibus  
error

Nemo scit vere quo tamen ille  
fluat .

Utque Mathematicæ Princeps sibi no-  
men habebat

Indocti Sophia non fugit ille no-  
tam

Conticeat, Sophicam fore qui vanam  
afferit artem

Hac sine rem quo oritur discere  
fonte , nequit .

Parce , quod adversus prorupi in ver-  
ba Magistrum

Laudetur ; sed sunt vera ferenda  
tamen

Qui fore dicebat Socratis, Platonis a-  
amicus

Di.

Dicebat ; veri plus quod amicu  
erat

Affirmes, quod quisque ideis systema-  
ta possit

Figere : Sed sophia hinc paupera  
nuda jacet

Qui probat est sophus, Inventor dum  
dicitur alter

Convenit ideas cuique probare suas  
Vera Scholis debent, hominis non di-  
cta doceri

Cum non sit dictis trutina facta  
prius

Eja age ! Succedat veteri , nova dis-  
fona inertis

Causa ; Mathematicæ vera fit apta  
comes -

Oh utinam simila sophica plectantur  
utraque

Et Newtonis opus , causaque vera  
manu .

Munda forent, quæcumque serit tunc  
usque Magister

Spinis dum colitur, namque careret  
humus .

Æquo-

**A**equoris in fluxum ( si ridet ) dirige cantum

**V**eſte ſibi muſas nobiliore tege  
**S**i vis , fac docto , dignoque pœmate  
ſurgat

**E**ſt mihi ſpes per te , quod repu-  
tetur , opus .

**N**on quia quæ retuli , ſunt ( abſit )  
digna doceri

**D**iscere cum merear ; vera tamen  
retuli

**S**im licet indoctus modo cauſa agno-  
ſcitur æſtus

**V**eraque ; quam retuli cum ratio-  
ne probem

**U**tque Salutiferam in cultus dat rusti-  
cus herbam

**S**ic inopique Sopho vera aperire  
licet .

**A**udistis , litem ignorans quo jure  
tueri

**C**epit ut eſt teſtis ſcævola diſta rudi  
**F**as tamen ut quiſquam velit hæc  
defendere fluxus

**Q**uis facit hoc ? tu es ! qui docte  
Poeta facis

Hæc

( 7 )

Hæc efferre potes mirè tu versibus  
unus

**G**ratus erit scitis , si tua Musa  
favet .

ANT  
AB 14 156

( v )

zadilov mi Šim 2010; řečené odkaz  
šim sám mi řekl jeho jméno  
• 1972